

352 tabulae duae lapidis Tiburtini ex cippo ut videtur desectae. Locus non indicatur in COD. BARB. Romae in museo cardinalis Albani MVR. Nunc in museo Capitolino.

a

D · FABIO · D · FILIO · PAL
 F L O R O V E R A I I O
 SACERDOT · SANCT · REGIN
 IVDICIO · MAIESTATIS EIVS
 5 ELECT · ANVBIACO PRIMA
 DEC · LAVR · VIC · AVG · QVATTERVI
 NAVICVLARIO · V · CORPOR
 LENVNCVLARIORVM OST
 HONORIB · AC · MVNERIB
 10 OMNIB · FVNCT · SODALI
 CORP · V · REGION · COL · OST ·
 HVIC · STATVAM · FLAVIVS ·
 MOSCHYLVS · V · C · ISIACVS
 HVIVS · LOCI MEMOR · EIVS
 15 SANCTIMONIAE · CASTITAT
 TESTAMENT · SVO · COSTITVI · sic
 AB · HEREDIB · SVIS · IVSSIT ·
 PATRONO · MVNDITIARIO

B M

20 L · D · D · D · P

b

OB HONORE QVO DIE SACERD FA sic
 DEDICAT XVII KAL A
 TER · ET · SEMEL ·
 COS
 5 LOCVS · DATVS A IVLIO
 FAVSTINO PONT VVLK
 AED SACRAR · PERMISIT
 ACT FL MOSCYLI
 SVB QQ C · P
 10 Q · VETVRI FIRMI FELICIS
 SOCRATIS ET
 L · FLORI EVPREPETI S
 OB CVIVS DEDICATIONE
 DEDIT DECVRIONIBVS X III
 15 CVM OFFICIO BASILICES

Descriptis Henzen, recognovi ipse. a legitur manu ignota et imperita in codice Barb. XXI, 26. Utramque edidit Mur. 158, 1 missam a Bianchinio. De visu exhibent Guasco mus. Cap. n. 390. 72; Marini ms. Vat. 9123 f. 216 qui citat Arv. p. 408 not. 60; Henzen syll. n. 6029.

Inscriptionem b fuisse in latere cippi, cuius frontem occupabat a, et Muratorius indicavit eo modo quo inscriptiones disposuit, et diserte testatur Marinus; sed hic

fortasse id fecit motus exemplo Muratoriano et ex coniectura; ceterum res in aperto est. Inscriptiones non optime incisae et passim corrosae etiam litteris nuper minio pictis interdum vix leguntur. Quam ob rem varias lectiones priorum selectas adposui.

a 2 VER...O Mur. Mar.; fuit aut VERANO aut VERATIO. — 5 fin. PRIMA.. Mar., PRIMVAR Barb. — 6 OVAIBRVID Barb., QVATVORVRO Mur., QVATTE... Guasc., QVATTE ('sic') RVIRO Mar.; mihi e certa esse videbatur, RO litteras non solum non vidi, sed ne spatium quidem, quod eis sufficeret, deprehendi. Ceterum totus versus in litura repositus est, suffectus sine dubio in locum antiquioris delati; quae videtur esse causa cur v. 5 fin. PRIMA non intellegatur. — 11 CORP·VI Mur. — 18 MVNDITIARIO Barb., MVNDITIARIO Mur. Guasc. Mar., idemque hodie visitur in lapide sed pictum; et de litteris VND dubitavi num vere sint in lapide antiquitus incisae. — 19 B M exhibent Mur. Guasc. Mar.; hodie desideratur; nec videtur vidisse auctor apographi Barberiniani.

b 1 SACERDOT Mur., SACERDE Guasc., SACERDE Mar.; sacerdos factus est interpretatur Henz. — 2 XVII non nimis certum est; DEDICAT·XV... Mur., DEDICAT·XVIII... Mar. — 3. 4 annus indicatur p. Chr. 251 (potius quam 202 aut 287); cf. Borghesi opp. 7 p. 41. — Verba TER·ET·SEMEL in litura reposita esse videbantur Marinio. — 8 inter ACT et FL, item 12 ante s lapis hiat. — 9 sub q(uin)q(uenmalitate) c(ensoriae) p(otestatis).

353 basis magna marmorea. Ostiae rep. a. 1824 a Cartonio; al foro, che resta di prospetto al bel tempio comunemente detto di Giove addit MELCHIORRI (antolog.). Nunc tabulae ex basi desectae extant Romae in repositis musei Lateranensis.

F A B I O H E R M O G e n i
 EQVO · PVBL · SCRIBAE · AEDILi
 DEC · ADLECT · FLAM · DIVI · HADRI ani
 IN CVIVS · SACERDOTIO · SOLVS AC Primus ludos
 5 SCAENICOS · SVA · PECVNIA · FECIT
 HVNC · SPLENDIDISSIMVS · ORDO · DEC(urionum f(unere) p(ublico)
 HONORAVIT · EIQVE · STATVAM · EQVESTREm cum in
 SCRIPTIONE · OB · AMOREM · ET · INDVSTRIAm
 IN FORO · PONENDAM · PECVN · PVBL · DECREuit
 10 INQVE LOCVM · EIVS · AEDIL · SVSTITVENDVM ..
 PVTAVIT · IN · SOLACIVM · FABI · PATris
 QVI · OB HONORES · EI · HABITOS · HS · L · M · N
 DEDIT · EX QVORVM · VSVRIS · QVINCVNCVbus
 quot ANNIS · XIII · KAL · AVG · DIE · NATALI · EIVS · DEC(urionibus)
 15 SINGVLIS · X · V · DENTVR · ET · DECVR(alibus)
 ce RARIS · X · XXXVIIS · LIBRARIS · X xxxviis
 LI ct o r I B V S · X · XX

in latere:

IN · AEDE · KOMAE · ET · AVGVSTI · PLAC·it
 ORDINI · DECVRIONVM · PRAESENTE
 FABIO · PATRE · VTI · SPORTVLAS
 DIE · NATAL · HERMOGENIS · FILI
 5 EIVS · PRAESENTIBVS · IN FORO · ANTE
 STATVAS · IPSIVS · DIVIDI
 STIPVLATIONE · INTERPOSITA

f. 9. 10 et in actis Arcadum vol. 28 (Dec. 1825) p. 356 (inde Cl. Cardinali diplomati n. 327); Sarti ms.; Henzen, qui vidit, syll. n. 7172.

1 in. FABIO Melch. ms., unde ipse edidit T·FABIO, Cardinalius L·FABIO; sed non solum hodie non visitur ulla littera ante FABIO, sed etiam deest spatium. Magis crediderim periisse totum versum, in quo tam praenomen Fabi Hermogenis quam alterum nomen gentilicium legebatur. — 2 fin. scribae, aedil[i] vel etiam aedil[i] designato], non scribae aedil[i]cio], legendum esse apparet conlato v. 10. — 7 statuae equestris Fabio Hermogeni ab ordine decurionum decretae basis ab hac nostra videtur fuisse diversa; eo ducunt ipsa inscriptionis verba; praeterea nostra basis, quamvis magna, tamen statuae equestri vix sufficiebat. — 10 fin. videtur

periisse nomen fratris Hermogenis natu minoris. — 17 litteras LI ego primus legi; unde supplementa iam antea reperta ab Henzeno (bull. dell' Inst. 1859 p. 248) firmantur. In fine inscriptio integra est. Causa cur Fabius pater una cum decurionibus scribas quoque et lictores magistratum Ostiensium liberalitate perpetua honoraverit, fortasse fuit ea quod filius fuerat inter apparitores magistratum urbis Romae. Quod autem scribarum cerariorum decuria quotannis accepit denarios 37½ totidemque ut videtur decuria librariorum, lictores tantum 25, id inde explicari quod lictores scribis vel dignitate vel numero inferiores erant. Ceterum detractis denariis centenis (37½ + 37½ + 25 = 100) quos Fabius decuriis apparitorum videtur destinasse, restant ex usuris quincuncibus quinquaginta milium sestertium nummum a Fabio donatorum — quibus usuris efficiebantur quotannis duo milia sestertium nummum et quingenti (sive denarii DCXXV) —, denarii DXXV decurionibus ita distribuendi ut singuli acciperent denarios v. Inde numerum decurionum Ostiensium ordinarium fuisse centenarium vel centenarium paullo maiorem fortasse deduci potest.

Ex inscriptione lateris in principio praeter alia periit dies quo decuriones in aede Romae et Augusti convenerunt. — In fine inscriptio videtur fuisse integra; certe mutilam eam esse nemo ex descriptoribus adnotavit.

Anticam descripsit Henzen, recognovi ipse; inscriptionem lateris descripsit Detlefsen. Memorat primus L. Cardinali memorie romane vol. 1 (1824) sect. 2 p. 97. Exhibent Melchiorri ms. (inde Cl. Cardinali memorie romane vol. 3, 1826 p. 71 n. 33), qui ipse edidit inscriptionem lateris in ephem. Florent. Antologia vol. 18 fasc. 53 (Mai 1825) p. 116, anticae v. 4—5 in ephem. il Saggiatore 2 (1844) p. 146; Amati ms. 9750